



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Convulsio Calvniarvm Vlrichi Veleni Minhoniensis,
quib[us] Petru[m] nunq[uam] Romæ fuisse caullatur**

Fisher, John

Antvverpiae, 1522

Responsio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35690

ij, Petri, iij.

tum fuerant, Petrum ad memorat, quū alioqui Paulus Petri fuerat obseruatissim⁹, & is vicissim in catholica illa sua, paulū charissimū nominauerat. Debit itaq; vel ob hāc rationē, Petrus humanitatis aliquod officium exhibuisse Paulo, atq; is vicissim illius officij meminisse quū ad Timotheum scripserit, quemadmodū & meminit Onesiphori, q̄ se studiosius Romæ quæsierit, quæsitumq; tandē inuenit.

RESPONSIO.

Consuetudine dialectica Veleni.

Pergit Velenus in sua cōsuetudine dialectica, subinferre stitens, Petrū ex eo Romæ nō fuisse, q̄ quū paulus datus ad Timotheū literis, a noīatis aliquot fratribus ei salutē diceret, nihil omnino de Petro sit locutus. Sed hanc furtivam dialecticā nos ante sepius explosimus. Neq; enim quū ad Ephesios (vt ante diximus) ipse Paulus scriberet, quāq; præsentem habuisset Timotheū, quē & illis ante præfecerat, nequaquā tñ eius noīe salutauit eosdem, sed neq; ipsius vllō verbulo meminit. Quā autē in illa epistola, potius Onesiphori q̄ Petri meminisset, in causa fuit, q̄ ille tunc Ephesi domiciliū habuerit, vbi & Timotheus est cōmoratus, sed & fuerat vtriq; valde familiaris. Porro Timotheus an Petro notus fuisset, obscurū est, quum ille nō ante fuerat circumcisus q̄ Petrus ex Iudæa cōmigrasset. Nā post Barnabæ a Paulo separationē, venit Timotheus in noticiā Pauli, vt in Actis xvi. capite traditur. Sed iam reliquū est, vt priorē huius calumnix partē diluamus, in qua recenset aduersarius, dixisse se Paulum, q̄ præter Lucam, nullus iam Romæ residuus et collega fuerit. Vnde & colligere molitur, nec Petrum fuisse Romæ. Nā si Romæ fuisset petrus, paulus eū haud dubie collegam habuisset. Cæterū paulus nequaquā id dixit, nempe se non habuisse collegā Romæ, sed ita, Lucas mecū est solus. Quid v̄o p̄ hęc v̄ba paulus intelligi voluit, iam disquiramus. Primū, non intellexit, q̄ nulli tum fuissent alij christiani Romæ, præter seipsum & Lucam. Neq; em̄ credibile est, quū tanta multitudo iam pridē ad Christū fuisset cōuersa (quā rem & paulus ipse testatur ad Philippenses) q̄ iam om̄

ij, Timo. i.

Actuum. xvi.

ij, Timo, iij.

Philip. i.

nes essent auersi, & prorsus ad vnū a fide defecissent. Nāsi 7
 Romæ fuerat coelecta ecclesia Christi, priusq̄ ibi paul⁹ præ
 dicasset, vt & fuisse cōpertissimū est, nemini dubiū esse pōt
 quīn per ei⁹ p̄ntiā & viuā prædicationē, eadē facta sit cōfir
 mator. Adde, q̄ nec eius t̄pis, ecclesia decrescere facile po
 tuit quū, vt Hilari⁹. viij. de trinitate testatur, Hoc habet p̄
 priū ecclesia christiana, vt dū persecutionē patitur floreat, Hilarius,
 dum opprimitur crescat, dū cōtemnitur persistat, dum lædi
 tur vincat, dum arguitur intelligat, tunc stat, quū superari
 videatur. Hæc Hilari⁹. Supfuit igit̄, q̄n Paulus sc̄o Romā
 aduenit, christianorum illic aliqua multitudo. Sed nec ista
 multitudo pastore caruit, quē & sub se multos habere coad
 iutores necesse fuit. Vides igit̄ vt Paulus istos non exclu
 sit, quū dixerit, Lucas mecū est solus. Cæterū nec ijs verbis,
 recentiores quosdā exclusit comites. Nā vt in eadē ep̄la tes
 tatur, tū p̄ntes habuit Eubulū & Pudentē, Linūq̄ & alios ij, Timot. vlti.
 fratres. Sic em̄ in ep̄stolæ suæ calce scripsit, Salutat te Eubu
 lus, & Pudens, & Linus, & Claudia, & fratres oēs. Pro vete
 rib⁹ atq̄ comitib⁹ locutū fuisse paulū oportet, quū dixerit,
 Lucas mecū est solus. Nam & ipsos ante noiauit. Demas (in
 quit) me reliquit, amplex⁹ præfens sæculū, & p̄fect⁹ est Tes
 salonicā, Crescens in Galaciā, Titus in Dalmatiā, Lucas me
 cū est solus. Liqueat igit̄ aduersariū hoc sophisima sicut &
 cætera priora de nihilo struere fuisse conatum.

PERSVASIO Q VINDECIMA:

Præter ep̄stolas iam dictas, Pauli e Roma missas,
 sunt quædā alię familiariores responsiuæ ep̄stolæ ipsi⁹ ad
 Senecam, Neronis imperatoris præceptorē scriptæ, quas
 ego nonnullis argumentis, tunc fuisse scriptas arbitror, cū
 Paulus secundo iā Neroni præsentaretur. Primum, quia
 iam Nero Cæsar furibundus, atrox, petulcus, adulter, &
 omni prope viciorum contagio fuerat pollutus, quod de
 priori eius quinquennio nullus credere potest. Secundo,
 quia id t̄pi Paulinæ quædam ep̄stolæ, quas vbi in priorī
 captiuitate Romę teneret, ad quosdā ecclesiarū direxerat,